

Ad incensationem in Missa solemnis

PER INTERCESSIONEM beáti Micháelis Archángeli, stantis a dextris altáris incénsi, et ómnium electórum suórum, incénsus istud dignétur Dóminus bene ✠ dícere, et in odórem suavítatis accípere. Per Christum, Dóninum nostrum. Amen.

INCENSUM ↓ istud → ad te ↓ benedíctum →
ascéndat ↓ ad te, Dómine →;
et descéndat super nos ☉ misericórdia ☉ tua. ☉

DIRIGATUR, Dómine, orátio mea, sicut incénsus, in conspéctu tuo: elevátio manuum meárum sacrificium vespertinum. Pone, Dómine, custódiam ori meo, et óstium circumstántiæ lábiis meis: ut non declínet cor meum in verba malítiæ, ad excusándas excusatiónes in peccátis.

ACCÉNDAT in nobis Dóminus ignem sui amóris, et flammam æternæ caritatis. Amen.